

pallidior, neque ita lucidus, vt Stellarum lumen. Cauda verò obscuram rubedinem, præsertim quo erat capiti vicinior, ostendebat, qualis ferè solet esse flammæ aliduius, per fumum densum eluctantis (quod ratione aëris circa Horizontem intermedii euenisse censeo) sed, veluti, circa finem, ipsa cauda successiuè rarior erat, sic etiam color iste minus euidenter illic apparebat.

Sequenti die 24. nulla nostro Horizonti affulsit serenitas.

DIE XXV. H. 5. M. 45 Inter os pegasi & Cometam part. 17. M. 21.

Hora 5 M. 52. Inter Cometam & manum Antinoi P. 8. M. 25.

Hora 6. à lucida Vulturis P. 12. M. 38.

Hora 6 $\frac{1}{2}$ à Scheat Pegasi partibus proximè 42, quod tamen satis exquisitè concludere non licuit, propter interuenientes nubes.

Cauda Cometæ vi a est vergere versus eam, quæ est in ore Pegasi (quam alij Rictum appellant) idque si eo vsq; protractam imaginaretis.

DIE XXVIII. cum cornu v orientale esset in Meridiano, erant inter caput Cometæ & os Pegasi P. 12. M. 45.

Existente verò lueido pede Andromedæ in Meridiano, inter Scheat Pegasi & Cometam P. 35 $\frac{1}{4}$. proximè. Linea etiam recta, ducta à Cometa per os Pegasi, relinquebat lucidam & primam alæ, eiusdem versus Zenith, quasi 2 gradibus ad visum.

Verùm hæ observationes non fuerunt satis exquisitæ, propter serenitatem minus durabilem, & tenues nubes aspectum Cometæ impediens, ventosque insuper vehementer flantes.

DIE XXIX. paulò ante sextam, inter manum Antinoi & Cometam P. 14. M. 30.

Hora 6. inter Cometam & narem Equiculi P. 3. M. 50.

Ab Aquila ad Cometam P. 16. M. 49.

Hora 6 M. 15. Os Pegasi & Cometa distabant, P. 11. M. 33.

Hora 7 M. 6 distabat à Stellula in fronte Equiculi P. 4. M. 53.

Hora 9 M. 0. Inter os Pegasi & Cometam P. 11. M. 25. per Radiū.

A 3

Hora